

noster | Heinricus de Corun quoddam predium vii mansorum emit in villa Rvbene pro
 e marcis ab Henrico de Bolin et contulit illud beate Marie in Cella pro remedio anime
 sue ac filii sui iam rebus humanis exempti. Ceterum ad consolationem conventus in
 anniversario predicti filii sui festo videlicet beati Dionisii vir devotus de memorato predio
 cum similia et vino ac piscibus serviendum fore mandavit et, quicquid superesse posset 5
 de proventu dicti predii, redigeretur in annonam conventus ad panis meliorationem.
 Super hæc omnia scire nichilominus convenit, quod in prefata villa Rubene predicta
 ecclesia, prius quam donationem dictam susciperet, tres mansos et quadrantem possederat,
 quas emit a Bvrchardo de Veste pro xxvi marcis heredibus suis consentientibus. Nos
 vero, quia iure foundationis a progenitoribus nostris ecclesie sepe dicte providere debemus, 10
 ratum et inconvulsum esse volumus totum, quod supra memoravimus, et idcirco presenti
 pagine auctoritatem nostri sigilli apponimus et testibus idoneis communimus, quorum
 iste sunt nomina: Gerhardus abbas de Volkolderode et filius suus Kunemundus monachus.
 Bertramus prepositus Wrcinensis. Lutherus, Luprandus, Wipertus canonici Misnenses.
 Hildebrandvs capellanus. Wrezlaus filius regis Boemię. Hartmannus de Louedeburg. 15
 Albertus prefectus de Aldenburg. Heinricus prefectus de Donin et filius suus Otto.
 Albertus dapifer de Borne. Syfridus de Veste. Arnoldus de Mildenstein. Acta sunt
 hec Ozcethz sub abbate Ludegero anno ab incarnatione domini m. cĉ. xi., indictione xiii.,
 vii. kal. sept.

(SFR.)

20

159.

*Landgraf Hermann bekundet, daß Friedrich von Ebeleben, sein Ministerial, dem Kloster Walken-
 red 3 Hufen Landes mit Gut und Mühle zu Thalheim verkauft hat. 1211 [Januar—September].*

Hdschr.: Or. Perg. Landeshauptarchiv Wolfenbüttel. S. an rothen Seidenfäden = Taf. XI, 5. Phot. II. St. A.

Gedr.: Kurz registirt: Urkundenbuch des hist. Ver. für Niedersachsen 269 No. 80.

25

: In nomine sancte et individue trinitatis.: Hermannus dei gratia Thuringie lant-
 gravius et Saxonie comes palatinus cunctis hec | scripta legentibus inperpetuum. Principum
 exigit pietas et munificentia cunctis quidem liberali devotione prodesse potissimum | tamen
 spiritualium virorum necessitati, ut spiritualis augeatur religio, cultus etiam divinus
 augmentetur et servitus. Hac igitur considerati|one notum facimus universitati vestre tam 30
 presentibus quam futuris, quod Fridericus de Ebeleiven noster ministerialis abbati de
 Walkenred et fratribus suis de bona voluntate et assensu nostro tres mansos in Dalehem
 cum fundo cuiusdam molendini xxxv marcis vendidit, cum omni iuris integritate et
 usuariis suis tam in pascuis quam pratis et nemoribus, heredibus eiusdem omni iuri, quod
 in eisdem bonis habebant, in nostra presentia renunciabantibus. Ut autem hic contractus 35
 legitime factus nobisque eundem modis omnibus approbantibus donationem etiam eiusdem
 predii prefato monasterio Walkenred facientibus^{a)} illesus et inconvulsus permaneat,

159. a) *corr. aus facientes Or.*